

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



ANALYSEOS

L. Res pignoris. 37. D. de acquirend.
vel amittend. possess.

quæ agit

De

1659 6.

245

POSSESSIONE
CREDITORIS

IN PIGNORE

DISPUTATIO TERTIA,
AUSPICE DEO OPT. MAX.

IN CELEBERRIMA ARGEN-
TORATENSII UNIVERSITATE,
publici exercitii gratia proposita

à

FRIDERICO DECKHERRO. J. U. D.
Pandect. Professore Ordinario, & h. t.

Facultatis Juridicæ Decano.

RESPONDENTE

GEORGIO THEBES,

Lignit. Siles.

Die 13 Mens. Decembris hora & loco
consuetis.



ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR,
ANNO M. DC. LIX.

7

Ducalis

Reip. Lignitiensis,

Nobilissimo, Amplissimo atq; Prudentissimo

SENATVI,

Publicam hanc Disputationem eâ, qua par est,
animi submissione, offero,
dedicoq;

Respondens.

26





Ad Eximium Doctissimumq; Dominum
Respondentem.

Pralia quod tentas sevi non Martis, at artis,
Opars Aonij certa futura chori:
Rem facis eximiam tollet quam nulla vetustas,
Dum studiis partum nescit abire decus.
Cum polles igitur genij virtutibus, ecquid
Expetis ulterius? Totus Apollo fauet.
Et quia felici magis hinc ab origine ductus,
Te dignumq; tuis nactus es ingenium.
Munere pieridum tali simul utere felix,
Vsq; tuum exornet laurea ferta caput.

benevolo affectu scripsit

FRIDERICUS DECKHERR. J. U. D.
Pand. Profess. Ordin. & h. t.
Facult. Jurid. Decanus.

Queis nos servastis coelestia numina seclis?
Justum duntaxat, utile quisque putat!
Inde sua nemo contentus sorte laceffit
Res etiam alterius queis valet ille modis.
Pensi nullus habet, sit raptum, dum fiet aptum
Quisq; locis multis posse sedere cupit

)?(2

Ergo



217
Ergo Tibi meritò Themidis clarissime partus
Nunc meritas laudes & pia vota fero:
Quod doctè ex cathedrâ doceas sub PRÆSIDE
tanto

Quis tandem *sedes ponere* jure queat.
Tu meritò pones, meritâ laudumq; coronâ
Cingeris: dabit hæc præmia digna Themis!

Clarissimo Dn. Respondenti
Amico charissimo benevoli affectus
contestandi gratia sc.

VALENTINUS BARTHIIUS. J. U. Ddus.



Quod Deus bene vertat!

DISPUTATIO III.

107.



Ltera præliminaris quæstio continetur his verbis legis nostræ: *Et possessione tradita*: formaliter autem in hunc modum concipitur, *An creditor cui rei hypothecæ nomine data possessio tradita est, eam verè possideat?* quæ à principali quæstione supra th. 75. tradita in eo differt, quod principalis de *retinenda*, hæc de *acquirenda possessione* agat: quocirca ad hujus quæstionis decisionem antequam perveniamus, facilioris intellectus gratia, de possessione acquirenda præmittemus.

108. Cum autem possessio alia perhibeatur *civilis*, alia *naturalis* vel etiam *corporalis*: hæc verò voces non minus ac possessionis verbum, (*de quo supra th. 33. & seqq.*) variè accipiantur, earumque ambiguitas totam possessionis materiam reddat obscuram & difficilem. Ampl. D D. Bicc. tract. adl. 3. §. 5. *de acquir. possess. quæst. 4.* ideoque ne nos fallat omni-

H

um

um errorum mater æquivocatio, hæc omnium primo pertractanda erit.

109. Atq; ut à *naturali possessione* incipiamus, dicitur naturalis possessio (1.) in latissima significatione, ea qua quivis verus possessor, etiam ipse Dominus, rem aliquam possidet. *l. 1. pr. §. dominumq; 1. l. possideri. 3. §. Neratius. 3. & §. Nerva filius. 13. L. cum heredes. 23. pr. D. de acquir. vel amitt. possess. l. pupillus. 11. D. de acquir. rer. Domin.* (2.) Dicitur naturalis possessio ea, qua quis in possessione tantum est, & non sibi sed alii possidet, suaque detentione alienæ possessioni, secundum *l. quod meo. 18. D. de acquir. possess. præstat ministerium. l. communi dividundo. 7. §. neq; colonis. 11. D. commun. divid. l. naturaliter. 12. D. de acquir. possess. l. videamus. 38. §. si possessionem. 10. de usur L. stipulatio. 38. §. hæc quoq; 7. D. de verb. oblig.* (3.) Dicitur naturalis possessio, ea qua quis lucri faciendi animo, & ita quodammodo animo Domini possidet, non tamen opinione Domini, cum sciat se Dominum non esse. *l. 1. §. dejicitur. 9. §. Idem labeo. 29. l. colonus cum. 12. l. cum fundum. 18. de vi & vi armat.* (4.) Dicitur naturalis possessio ea, qua quis verè & bona fide, sed non opinione Domini possidet. *l. ult. §. si pupillus 1. D. de precar. & hanc quidem significationem, quamvis perpetua non sit, reliquis tamen frequentiore & proinde in dubio usurpandam esse monent Cujac. 9. obs. 33. & 27. obs. 7. Vultej. ad princ. Instit. de interdict. num. 9. Obrecht. de acquir. possess. cap. 3. th. 146. 151. 171. Coll. Jurid. Argent. th. 5. n. 6. 7. de acquirend. possess. Ampl. D. D. Bicc. ad l. 3. §. 5. de acquir. possess. quæst. 4. n. 1. 2. 3. 4. hoc sensu possessio naturalis, & possessio simpliciter sed pro-*

proprie sic dicta, de qua *supra* th. 43. idem significant, & de hac significatione etiam nos intellectos volumus, quoties simpliciter possessionis mentionem faciemus.

110. *Civilis* possessio itidem diversimodè dicitur, (1.) in latissima significatione, civilis possessio ea appellatur, quæ jure civili approbata, & pro vera habetur. *l. quod servus. 24. de acquir. possess. l. stipulatio. 38. §. hac quoq. 7. D. de verbor. oblig.* (2.) in latiori significato civilis possessio appellatur non tantùm, qua quis non Dominus, animo & opinione Domini, rem aliquam corporalem tenet, sed etiam qua ipse Dominus, rem suo juri subjectam possidet. *l. 1. §. de jicitur. 9. junct. §. & generaliter. 4. §. sive autem. 24. & §. non alii. 45. D. de vi & vi armat.* (3.) proprie & frequentius civilis possessio ea vocatur, imprimis à juris interpretibus, qua quis bona fide animo & opinione Domini possidet sive ex qua usucapio procedit possessori. *l. tigni. 7. §. sed si rotam. 1. D. ad exhib. junct. l. in rem actio. 23. §. ult. D. de rei vindicat. l. eum qui. 23. princ. de usurpat. & usucap. l. qui universas. 30. pr. de acquir. possess. sic etiam civilis possessio accipitur in *l. in hac actione. 3. §. ult. D. ad exhib. si jungatur cum l. 1. d. l. 3. §. est autem. 3. D. dict. tit.* sic etiam sumitur in *l. qui legatorum. 2. §. quod vulgo 1. D. pro hered. ut ex fine eius. §. apparet. junct. l. 33. §. 1. de usurpat. item in l. si eum. 26. pr. D. de donat. int. vir. & ux. junct. l. 1. §. si inter. 2. pro donat. l. hac ratio. 3. §. sciendum. 10. de donat. int. vir. & ux. l. 1. §. si vir uxori. 4. de acquir. possess. item in *l. 1. §. de jicitur. 9. & seq. D. de vi & vi armat.* Coll. Jurid. Argent. de acquir. possess. th. 5. n. 6. Bicc. dict. quest. 4. adde DD. *supra* allegatos.**

III. *Corporalem* deniq; possessionē quod attinet accipitur (1.) improprie & abusive pro nuda tantum detentione, sine vera possessione. *l. quod servus. 24. pr. l. si quod. 25. §. quod autem. 2. D. de acquir. possess. l. 1. Cod. commun. de usucap.* (2) proprie & frequentius, pro ea qua quisq; verè possidet, sive Dominus sit, sive non. *l. debitor. 40. §. 2. de pignor. act. l. sequitur. 4. §. sed et si. 13. de usurpat. l. 1. §. si quis. 5. D. quod legat. l. 1. §. sive autem. 24. §. eum qui. 26. D. de vi & vi armat. l. pecuniam. 79. D. de solut. Coll. Jurid. Arg. d. th. 5. n. 6. in fin. Ampl. D. D. Bicc. d. quest. 4. in fin. Ampl. DD. Rebhan. in Hodoget. chart. 2. clim. 4. paralel. 4. th. 3.*

112. Patet itaque ex dictis naturalem, civilem, & corporalem possessionem non uno semper eodemque modo dici, nec sibi semper invicem opponi, diversumque significare, sed eandem numero possessionem, secundum diversam harum vocum acceptiōnem, & naturalem, & corporalem, & civilem dici posse: naturalis enim possessio in prima, civilis in secunda, & corporalis in secunda significatione, unū idemq; denotant: similiter naturalis possessio in secunda significatione, & corporalis in prima, synonyma sunt: & secundum ista videtur possessionem aliquam naturalem & civilem simul dici posse, talem tamen esse negant. Cujac. 9. obs. 32. Obrecht. de possess. cap. 3. th. 146. 151. & seq. quod procedere putamus in propria naturalis & civilis possessionis significatione, in quibus terminis dicti Doctores loquuntur, non etiam in aliis, addatur Connan. lib. 3. comment. cap. 10. n. 7. ubi tradit nullam possessionem esse, quæ non etiam sit naturalis.

113. His itaque circa ambiguitatem vocum præmissis,

missis, de acquirenda possessione alius indagandum est; acquiritur autem possessio tum per nos, tum per alios: *l. 1. §. apiscimur. 2. §. item acquirimus. 5. & seqq. D. de acquir. possess.* quod enim *in d. l. 1. §. 2.* dicitur: *apiscimur possessionem per nosmet ipsos*, non exclusivè intelligendum, quasi per nos solos acquiramus, sed ex aliis legibus supplendum est, ut ipsa *l. 1. §. 5. dictum. §. 2. explicat.*

114. In acquirenda possessione quæ fit per nos, tria hæc (1.) corpus, (2.) animus, & (3.) res quæ possideri possit, conjunctim requiruntur. *l. possideri. 3. pr. §. 1. §. Neratius. 3. §. ex contrario. 5. l. quemadmodum. 8. cum similibus. D. de acquir. possess.*

115. *Corpus* in acquisitione possessionis priori loco posuimus, quia in ea præcedit. *l. possideri. 3. §. Neratius. 3. D. de acquir. possess.* animus sequitur & perficit possessionem. *d. l. 3. Cujac. in l. possideri. 3. §. incertam. 2. D. dict. tit. Obrecht. de possess. th. 231.*

116. *Corpus* autem in acquirenda possessione omnino requiritur: solo enim animo possessio retineri quidem potest. *l. 1. §. sive autem. 24. cum seqq. D. de vi & vi armat. §. possideri autem. 5. Instit. de interd. acquiri non potest. l. possideri. 3. §. & apiscimur. 1. §. Neratius. 3. §. in amittenda. 6. l. quemadmodum. 8. l. cum heredes. 23. pr. l. qui universas. 30. §. quod per colonum. 5. l. si me in vacuam. 34. pr. D. de acquir. possess. l. licet possessio. 4. Cod. eod. l. ferè quibuscunq. 153. de Reg. jur. §. possidere autem. 5. in fin. Instit. de interd.* Adeò ut ne quidem lege vel statuto, (repugnante quippe natura, quam lex evertere nequit. *arg. l. in bello postliminium. 12. §. facti autem. 2. D. de captiv. & l. verum est. 31. D. de R. I. l. 1. §. sive autem. 4.*

H 3 de



de'acquir. possess.) effici possit. Ut tamen fictè & civili-
liter talis possideat, & pro possessore quoad effectus ju-
ris habeatur, consuetudine, lege, vel statuto effici pos-
se, communiter receptum est. *fac, cap. ex literis. 2. ex-
tra. de consued. & ibi gloss. in verb. signum. l. raptores. 54.
vers. bona autem eorum.. Cod. de Episc. & Cler. vide Ba-
chov. ad Ttreutl. 2. disp. 21. th. 2. lit. G. vers. etsi non ne-
go. & lit. H. Gail. 2. obs. 129. n. 13. & 2. obs. 152. n. 18 Tyraq.
in tractat. le Mort. saisit le vis. in. 6. declar. prafat. n. 5.
ubi in herede talem consuetudinem in Gallia ubique
receptam esse docet, unde etiam vulgatum illud - **Der
Tode erbt den Lebendigen.** Cui simile est quod jacen-
te hæreditate perficiatur usucapio. *l. possessio. 20. l. nun-
quam. 31. §. vacuum. 5. l. cæptam. 40. l. heres eius. 43. l.
justo errore. 44. §. nondum adita. 3. D. de usurpat. l. pro em-
ptore. 2. §. etiam heredi. 18. D. pro Empt. l. Pomponius. 13. §.
non autem. 5. D. de acquir. possess. Colleg. Jurid. Argent.
de acquir. possess. th. 12. num. 4. Frider. de possess. cap. II. n. 39.**

117. Et hinc quia in acquirenda possessione fa-
cto opus est, possessio dicitur facti. *l. 1. §. furiosus. 3. &
seq. l. possessionem. 29. D. de acquir. possess. l. deniq. si. 19. D.
ex quib. caus. maj. l. in bello. 12. §. facti autem. 2. de Captiv.
& postlim. revers. l. 1. §. scævola ait. 15. D. si is qui testam.
lib. esse juss. quo fac. l. cum heredes. 23. pr. §. in his qui. 1. de ac-
quir. possess. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. de acquir.
rerum Domin. cui non obstat l. peregre. 44. l. possessio. 49. pr.
& §. 1. de acquir. possess. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium.
1. D. de acquir. rer. Domin. l. non ideò minus. Cod. de liberal.
caus. l. prator ait. 2. §. habere autem. 38. D. ne quid in loc.
publ. vel itin. l. nemo ambigit. 10. Cod. de acquir. possess. l. si
cares quam. 31. §. fin. D. de act. empt. quemadmodū enim
corp^s nō potest dici jus, ideò quod jus corporis dicatur
*l. si**

l. qui scit. 25. §. 1. D. de usur. ita nec possessio jus dicitur, ex eo quod in legibus allegatis dicatur jus possessionis, accidunt enim ipsi possessioni jura varia, quæ acquirunt, quicumque possessionem acquirunt, & inter possessionis effecta vel consequentia possunt referri, manet tamen interea possessio verum factum. ita Colleg. Jurid. Argent. *de acquir. possess. th. 4. num. 3.* alii aliter hæc conciliant, & quidem W esembec. *in parat. D. de acquir. possess. n. 12.* possessionem ait facti esse, quatenus in facto possessionis & sic corpore consistit: juris verò quatenus in animo est, conferatur Ludovic. Gomez. *ad §. superest. n. 23. Instit. de action.* ubi dicit, quod à principio in actu acquirendi possessio dicatur habere plurimum facti, postquam autem acquisita est, habet etiam plurimum juris, addatur Barbof. *Locuplet. lib. 44. cap. 44. axiom. 1. & omnino Bachov. ad Treutl. 2. disp. 21. th. 1. per tot.*

118. Supra dictæ assertioni, quod nempe corpus in possessione acquirenda omnino necessariū sit, obstare videtur (1.) *l. certi. 9. §. ult. D. de reb. credit. ibi. animo enim cæpit possidere.* Verum respondemus, non sequitur, animo incipimus possidere, ergò solo animo incipimus possidere, posterius corpus excludit, prius nequaquam: Et omninò distinguendum videtur inter *possessionem perficiendam & perfectam,* priori modo considerata, rectè dicitur à corpore incipere, quod ut supra dictum in possessione acquirenda præcedit: *posteriori modo,* & si ut perfecta & omnibus numeris absoluta possessio consideretur, rectius animo, qui, ut supra dictum, possessionem perficit & absolvit, possidere nos incipere dicimur, cum ex eo demum
tem-

tempore, quo animum possidendi habere coepimus, verè possideamus, animum tamen apprehensionem corporalem quandam præcedere oportet, quemadmodum etiam *in d. l. 9.* eandem præcessisse videmus, ibi enim res jam corporaliter erat apud tertium ex causa depositi, postea permissum ei erat eam pro mutua habere, adeoq; causa pssessionis extrinsecus per contractum sequentem mutata est, nova sane traditione rei quam jam habebat, opus non erat, sed per fictionem brevis manus, ut vocatur *in l. licet soleat. 43. §. quotiens autem. 1. D. de jur. dot.* res ab eodem ex priori causa restituta, & ex nova eidem rursus corporaliter tradita fingitur, a deòque & corpus & animus in acquisitione possessionis concurrunt, animo tamen possidere incipere dicitur, quia ex quo animus accessit, demum possessio perfecta fuit, deinde etiam res denominatur ab actu potentiori & magis conspicuo: unde cum hoc casu animus maximè in operatione conspiciatur, ab eodè fit denominatio, quo facit *l. quarundam. 51. in fin.* ibi. *animi quodam genere possessio erit estimanda. D. de acquir. vel amitt. possess.* simile in simili casu habemus in *§. interdum. 44. Inst. de rer. divis.* ubi nuda voluntate, quæ ibi maximè conspicua erat, Dominium transferri dicitur, absque traditione, cum tamen res ante ex alia causa verè & postea ex eadem fide tradita fuerit: sic vicissim ubi in acquirenda possessione corpus magis operatur & conspicuum est, corpore possessio quæri dicitur. *l. donatarum. 3. Cod. de acquir. possess. adde l. 1. §. sive autem. 24. & §. eum qui. 26. D. de Vi & Vi armat.*

119. Objicitur (2.) *l. 1. in fin. l. quia licet. 2. D. pro soc.*

sec. ubi bona sociorum absque corporis ministerio
 ab uno ad alium per solum contractum transire di-
 cuntur: Respondet quidem Bachov. ad Treutl. 2.
disp. 21. th. 2. in fin. Confusionem bonorum & commu-
 nem eorum usum id operari: sed dictæ leges (quæ ta-
 citam traditionē, quæ intervenisse fingitur, id operari,
 & quidem continuò post societatem initam statuunt)
 hanc responsonem satis etiam obscuram, (cum non
 appareat utrum de confusione ipso jure, an corporis
 ministerio facta loquatur,) vix admittunt: commodior
 & textui magis convenientior *ex l. quod meo. 18. pr. D.*
de acquir. vel amitt. possess. desumi potest, cum enim
 ex illa pateat, posse quemcunque possessorem, qua-
 cunq; conventionem quod suo nomine possidet, alieno
 nomine possidere, seu quod idē est, desindere possidere
 & suo ministerio alium possessorem facere, inde facile
 colligere licet, posse etiam quem per conventionem,
 id quod suo nomine totum possidet, pro parte, alieno,
 & ita totum communi nomine possidere, *fac. l. commu-*
nis. 42. D. de acquir. possess. cum in parte quoad partem
 idem juris sit, quod in toto quoad totum. *l. quæ de tota.*
76. ubi Gothofred. D. de Rei Vindic. l. si duo. 51. in fin. D. de
administr. tutor. Nec est quod dicas absque corporis
 ministerio hoc casu possessionem acquiri, cum acce-
 dat corpus alterius, corpore enim possessio acquiri di-
 citur, non tantum quæ nostro, sed etiam quæ alieno
 corpore apprehenditur, ut notat Bachov. ad Treutl.
2. disp. 21. th. 2. lit. H. pag. m. 278. & infra, ubi de acqui-
renda possessione per alios, fusius dicetur: Desinit hoc
 casu prior possessor possidere, id quod quacunq; vo-
 luntate potest, *l. 1. §. si vir. 4. in fin. l. si quis. 17. §. fin. l.*
peregre 44. §. ult. de acquir. possess. sui que corporis mi-
 nistè-

nisterio alium possessorem facit, *ut dicitur in dict. l. 18. de acquir. possess.* fingitur enim res brevi manu à novo possessore accepta, & veteri ad detinendum, & non sibi sed alteri possidendum, rursus tradita, *fac. l. licet. 43. §. quoties autem. 1. D. de jur. dot.* & de hac fictione brevis manus intelligenda est in *d. l. 2. D. pro soc.* tacita illa traditio, quæ in societate universorum bonorum inita intervenisse fingitur.

120. Objicitur (3.) *l. quamvis. 13. D. de reb. auth. jud. possid.* verum non videmus quid textus ille in contrarium faciat, nec enim aliud vult, quam quod Creditor qui possidere jussus est, utcunq; illo tempore nulla sint bona quæ possideri possint, tamen si quæ postea esse incipiant, vigore præcedentis decreti, ea apprehendere queat, & quod ad aliquos effectus creditor pro possessore, vel potius bona pro possessis, (fortassis ut sequenti secundo decreto vendi possit,) habeantur. Bachov. ad Treutl. *vol. 2. Disp. 21. th. 2. lit. H. in fin.*

121. Objiciuntur (4.) varii casus (quorum decem ex Doctoribus notat & refutat Bachov. *dict. loc.*) quibus solo animo, sine corporis ministerio possessionem acquiri tradunt: Cujus modi esse putant in *l. 1. §. si jusserim. 21. l. quod meo. 18. pr. & §. si venditorem. 2. de acquir. possess. l. clavibus. 74. D. de contrah. empt. l. quisquis. 28. Cod. de donat. l. quaedam mulier. 77. de Rei Vindic. l. si adopta vero. 16. de precar. l. pecuniam quam. 79. de solut. l. qua ratione. 9. §. item si quis. 6. D. de acquir. rer. Domin.* Verum omnes hæ Doctorum objectiones laborant homonymia, & nimis stricta acceptione vocis *Corporis* & phræcos *Corpore possessionem acquirere.* Strictè quidem hæc phræsis illam duntaxat appre-

apprehensionem corporalem crassam, quæ manibus fit aut pedibus, & quidem nostris, significat. *l. 1. § si jusserim. 21. l. quarundam. 51. de acquir. possess.* in latiori autem significatu subtilius quemcunque actum & ministerium corporis, sive nostri sive alieni, denotat. *l. quod meo. 18. § si venditorem. 2. d. l. quarundam. 51. D. de acquir. possess.* quo sensu phrasis ista usurpatur in omnibus illis locis, in quibus non nisi animo & corpore possessio acquiri dicitur. Bachov. ad Treutl. *vol. 2. Disp. 21. th. 2. lit. H.*

122. Hinc Doctores eam apprehensionem quæ fit corpore, duplicem faciunt, aliam *naturalem* & *veram*, aliam *civilem* & *fictam*, ut notat Castrenf. *in l. 3. pr. de acquir. possess. Naturalis* seu vera apprehensio est quæ fit ipso actu & corpore, ut si rem mobilem manu apprehendimus, immobilem pedibus ingredimur, *l. 1. pr. §. Dominiumq. 1. §. si jusserim. 21. D. de acquir. vel amitt. possess. Obrecht. Disput. de tradit. th. 5. & de possess. th. 234. Coll. Jurid. Argent. th. 50. n. 3. de acquir. rer. domin. Civilis* seu ficta apprehensio, quæ & imaginaria dicitur, est, cum res magis animo & affectu, quam corpore apprehenditur & res quæ actu non capitur, apprehensa fingitur, & pro capta habetur. Colleg. Jurid. Argent. *dict. loc. Obrecht. de possess. th. 236.*

123. Id quod fit (1.) si saltem *pars rei apprehenditur*, ubi ex benigna juris interpretatione tota res & totum corpus apprehensum fingitur. *l. possideri. 3. §. & apiscimur. 1. de acquir. possess. adde L. vulgaris. 21. D. de furt.* idque procedit in duobus corporum ge-

neribus prioribus, unito, quod continetur uno spiritu. *l. rerum mixtura. 30. pr. de usucap.* & in quo partes ipsæ simul cum toto gignuntur, neq; per se unquam vel seorsim considerantur. Coll. Jurid. Argent. *de usucap. th. 14. veluti sunt homo, lignum, lapis, fundus & similia*, neq; enim is qui fundum possidere vult omnes glebas circumambulare necesse habet, sed sufficit quâlibet partem eius introire, dum mente & cogitatione hac sit, ut fundum usque ad terminum velit possidere, inquit Jctus *in l. possideri. 3. §. & apiscimur. 1. de acquir. possess.* procedit etiam in Corpore Connexo. Obrecht. *Disput. de Possess. th. 242.* quod ex pluribus contingentibus constat, *d. l. rerum mixtura. 30. pr. de usurpat.* veluti sunt *Domus navis, armarium, & similia*, & propterea qui vestibulum domus apprehendit, totam domum in concreto possidere intelligitur. Jaf. *in l. 3. num. 32. de acquir. possess.* Non verò procedit in tertio corporum genere, quod ex distantibus constat, & ab aliis dejectum, ab aliis totum collectivum, græcis *διεσῶτον* vocatur, ut sunt corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta *veluti populus, regio, grex & similia.* *d. l. 30. pr. de usucap.* hæc enim cum nomine potius quam re colligantur, nec eorum una sit species, ideoque etiam tota illa in concreto non possidentur, sed singulorū & usucapio est & possessio. *d. l. 30. §. ult. de usucap.* & consequenter singulorum etiam apprehensio. Jaf. *in l. 3. n. 26. de acquir. possess.* Obrecht. *de possess. th. 245. & seqq.* Coll. Jurid. Argent. *th. 14. de usucap.*

124. (2.) Fit civilis possessionis apprehensio per *aspectum l. 1. §. si jusserim. 21. l. quod meo. 18. §. si venditorem.*

ditorem, 2. D. de acquir. possess. l. pecuniam. 79. de solut. modo hæc tria accedant. primo ut res sit in præsentia, ut dicitur in d. l. 1. §. si iusserim. 21. vers. nam pro traditis. de acquir. possess. seu fundus vicinus, ut habet l. quod meo. 18. §. si venditorem. 2. dict. tit. Secundo, ut tam acquirere, quam transferens, transferre possessionem velit, d. l. 1. §. si iusserim. 21. ibi. consenserint. d. l. 18. §. 2. dict. tit. ut merito rejiciatur Alberici Cautio, qui cuidam ad possessionem acquirendam suasit, ut fundum sui beneficii, quem ob bellum occupare non posset, in proximo monte aspiceret. Obrecht. de possess. th. 258. Tertio ut res antea fuerit in Dominio: ea enim quæ in nullius bonis sunt, ita demum acquiri censentur, si non solum visus sive aspectus interveniat, sed & occupatio seu naturalis apprehensio accedat. §. fera. 12. & seqq. Instit. de rer. div. l. si quis. 7. D. pro derelict. l. si Barsathoram. 13. Cod. de fidejuss. l. possideri. 3. §. Neratius. 3. de Acquir. Possess. videatur late hac de re. Regn. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. ult. n. 63. cum præcedentibus & seqq. ubi ad contraria respondet.

125. (3.) Fit civilis possessionis apprehensio per *custodiam & potestatem rei*: cum enim naturalis possessionis apprehensio nihil plus efficiat, quam ut rem nostræ potestati subjiciat, si ea antea sit in nostræ potestate per eam apprehensa res non male intelligitur. l. possideri. 3. §. Nerva. 13. §. si is. 20. l. quod meo. 18. §. si venditorem. 2. l. quorundam. 51. D. de acquir. possess. l. certi. 9. §. ult. D. de reb. credit. l. si ve autem. 9. §. si quis rem apud. 1. D. de publ. in rem. l. quedam. 77. D. de Rei Vindic. accedente tamen & transferentis & accipientis consensu. l. possideri. 3. §. si rem. 18. l. si me in vacuam. 34. D. de acquir. possess.

126. (4.) Fit civilis possessionis apprehensio, si pro re possidenda, alia res, & sic *signum pro re signata* apprehenditur, sic transfertur possessio per instrumenti traditionem. *l. 1. Cod. de donat.* per clavium traditionem in re præsentem factam. *l. clavibus. 74. D. de contrah. empt. l. quaratione. 9. §. item si quis. 6. D. de acquir. rer. Domin. Schneidevv. ad §. possidere. n. 104. Instit. de Interdict.* (quamvis clavium traditio etiam ad præcedentem tertium modum referri possit, quia clavibus acceptis res inclusæ in tua potestate & custodia esse incipiunt, ut quando velis eas recludere, iisque uti frui possis. Obrecht. *de possess. th. 269.*) sic fundi Ecclesiæ donati possessio acquiritur Ecclesiæ, si donator glebam unam ex fundo donato delatam in Ecclesiam altari imponat, sub testimonio audientium & videntium, vel cum glebam tradidit in manum Episcopi. *cap. ex literis. 2. extra de consuetud. vide Cujac. 19. obs. 18.* Sic etiam feudi possessio transfertur per abusivam investituram, exempli gratia, per traditionem ensis, Pilei, Bireti, Chyrothecæ, annuli, baculi, pallij, alteriusve signi corporei in re præsentem factam. *cap. 1. in fin. ubi Feudist. de Nov. Form. Fidelit. vid. Gothofred. Antonij. Disput. Feud. 4. th. 3. lit. D. & F.*

127. Et hætenus quidem de corpore, primo acquirendæ possessionis requisito, sequitur secundum, quod *animus* esse diximus, quemadmodum enim solo animo, ut supra deduximus, possessio vera acquiri non potest, ita multo minus solo corpore. *l. 1. §. furiosus. 3. l. possideri. 3. §. 1. de acquir. possess. cum similibus,* sed utrumq; simul & copulativè requiritur, *dict. l. 3. §. & apiscimur. 1. §. Neratius. 3. §. in amittenda. 6. §. si rem apud*

apud te. 18. l. quemadmodum. 8. l. cum heredes. 23. pr. l. si aliquam rem. 28. in fin. D. de acquir. possess. cum aliis supra th. 116. allegatis. quamvis post acquisitam possessionem dicatur corpore possidere is, qui corpore & animo simul possidet. l. 1. §. si ve autem corpore. 24. & seqq. D. de Vi & Vi armat. l. donatarum. 3. C. de acq. poss.

128. Animus autem, qui in possessione per nos acquirenda requiritur, variis in jure nominibus vocatur, dicitur animus possidentis. l. 1. §. per procuratorem. 20. de acquir. possess. Affectio. l. possideri. 3. §. in amittenda. 6. eod. Affectio tenendi, l. 1. §. furiosus. 3. eod. mens & cogitatio, d. l. 3. §. & apiscimur. 1. §. incertam. 2. l. si quis vi. 17. §. differentia. 1. eod. l. 1. §. quod vulgo. 25. D. de vi & vi armat. l. impuberem. 22. §. & si ei servo. 4. D. ad L. Cornel. de Fals. Affectus possidendi. d. l. 3. §. Neratius 3. de acquir. possess. Voluntas. L. pro emptore. 2. §. Pomponius. 12. D. pro Empt. animi plenus affectus. l. Donatarum. 3. Cod. de acquir. possess. propositum. i. quamvis. 46. & l. seq. D. dict. tit. Consensus. l. 1. §. ult. eod. iudicium & sensus. l. quamvis. 32. §. infans. 2. eod. intellectus possidendi. l. 1. §. cæterum 9. eod. destinatio rem habendi pro suo. l. in fitiando. 67. pr. D. de furt. & opinio Domini. l. si servus. 22. §. is qui pignoris. 1. de nox. act. quatenus scilicet ad civilem possessionem refertur. Ex quibus variis animi appellationibus patet, eum tria sub se complecti. (1.) iudicium seu intellectum atque consensum. (2.) affectionem erga rem quam possidere volumus certam, minimeq; dubiam. (3.) affectionem rem suo nomine & sibi habendi. Obrecht. de possess. th. 283.

129. *Judicium seu intellectum & consensum* quod attinet, eum in possessione acquirenda

da omnino necessarium esse, ostendit. *l. quamvis. 32. §. ult. l. 1. §. cæterum. 9. & §. ult. de acquir. possess.* hinc possessionem acquirere non possunt (1.) dormiens. *l. 1. §. furiosus. 3. D. de acquir. possess.* (2.) furiosus. *d. l. 1. §. 3. ne quidem cum consensu curatoris. arg. l. 1. D. de bon. possess. furios.* nihil enim est quod Curator hic suppleat. *jungatur. l. sed si manente. 5. de precar.* cum ne dicam infirma, sed plane nulla in illo sit voluntas & mentis iudicium. *l. furiosi. 40. D. de Reg. jur. §. furiosus. 8. Inst. de inutil. stipul. & in genere traditur, furiosum nihil prorsus, sed curatorem solum nomine eius gerere & agere posse. arg. d. §. 8. Instit. de inutil. stipulat. d. l. 1. de bon. possess. furios. l. in negociis. 5. D. de Reg. jur.* Furiosus enim nullum negocium gerere potest. *dd. ll. at autoritas non est, nisi in eo quod ab alio geritur. arg. d. l. 5. de Reg. jur.* hinc verba *sine tutoris autoritate*, in *l. 1. §. furiosus. 3. D. de acquir. possess.* tantum ad pupillum, qui & solus tutorem habet, referenda sunt, hoc sensu, *furiosus incipere possidere non potest, pupillus sine tutore incipere possidere non potest*, quo respicere videtur ipse Ictus in *d. l. 1. §. furiosus. 3. vers. sed pupillus. D. de acquir. possess.* Ubi dum pupillum authore tutore posse incipere possidere ait, non obscure pupillum furioso opponit, *Zaf. in l. 1. §. adipiscimur. 2. n. 5. de acquir. possess. Obrecht. th. 377. & seqq. Bachov. ad Treutl. 2. Disp. 21. th. 3. lit. A.* ubi errare inquit *Duarenus. in l. 1. §. furiosus. 3. de acquir. possess.* qui putat rectè acquisitam videri possessionem, si furioso aliquid in manu ponatur, & Curator illud approbet, quod tamen usque adeò erratum esse non putamus; quam.

quamvis enim illud fateamur, auctoritate (utpotè quæ
negocio nullo accedere subtiliter disputando nequit,) curatoris hoc casu acquisitam possessionem non esse, eam tamen per curatorem acquisitam esse videtur: Si enim corpore & animo alieno possessio nobis acquiri potest, cur non etiam corpore nostro, animo alieno. *arg. l. 3. in fin. Cod. de acquir. possess. & quid si corpus furiosi ex abundanti (quod non nocet. l. non solent. 94. de Reg. Jur. l. quæ extrinsecus. 65. de Verb. Oblig. l. testamentum. 17. Cod. de testam.) intervenisse dicamus, cum re, præsentem & approbante curatore, furioso tradita, animus & corpus curatoris intercesserit, nec enim ad corporalem possessionis apprehensionem manibus & pedibus semper opus est, sed vel oculi sufficiunt, ut supra diximus. th. 121. & 124. (3.) infans, & pupillus ejus ætatis ut intellectum non capiat. l. 1. §. furiosus. 3. l. quamvis pupillus. 32. §. ult. de acquir. possess. sc. sine tutoris auctoritate dd. ll. de quo videatur. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disput. 21. th. 3. lit. A. Obrecht. de possess. th. 361. & seqq. Coll. Jurid. Argent. de possess. th. 8. n. 2. (4.) hereditas jacens. l. ult. §. ult. de Usucap. l. 1. §. scævola. 15. D. si is qui testam. lib. fac. pr. vers. hereditas. Instit. de stipulat. serv. (5.) municipes. l. 1. §. ult. D. acq. possess.*

130. Hæc de primo animi requisito, iudicio scilicet seu intellectu, sequitur secundum, quod diximus esse *affectionem erga rem quam possidere volumus, certam minimeq; dubiam*, qui enim incertus est, vel qui dubitat, is non videtur habere erga rem affectionem, quia ignorantia hanc plane tollit, at incertitudo impedit. Obrecht. Disp. de possess. th. 289. hinc qui fundum possidet, non possidet thesaurum, quem

K

igno-

ignorat. *l. possideri. 3. §. Neratius. 3. de acquir. possess.* hinc si quis te in vacuam possessionem fundi Mæviani induxerit, tu dum putares te in fundum Titianum missum, & in Mævianum ieris, neq; Mæviani, cujus non habuisti possidendi animum, neque Titianum, quem alter in te transferre noluit, & ita neutrius possessionem acquiris. *l. si me in vacuam. 34. de acquir. possess.* hinc etiam est, quod incertam partem nemo possidere possit. *l. si fur. 32. §. ult. de Usucap. de quo videatur. Bachov. 2. Disp. 21. th. 2. lit. C. Obrecht. de possess. th. 82. & seqq. Coll. Jurid. Argent. th. 11. n. 5. de acquir. possess.*

131. Sequitur tertium animi requisitum, quod est, *destinatio possessionem sibi & suo nomine habendi*, quæ specifica possessionis forma perhibetur à Coll. Jurid. Argent. *de acquir. possess. th. 4. n. 4. per l. 1. §. per procuratorem. 20. l. quod meo. 18. pr. l. peregre profectus. 44. §. quaesitum est. 1. D. de acquir. possess. l. si quis in. 26. Cod. de donat. l. in rebus etiam. 4. §. tenetur hoc 2. D. de precar.* quamprimum enim detentio conjunctam habet istam affectionem, possessio erit: quamprimum illa affectio deficit, possessio quoq; deficit. *huc facit. l. 1. §. furiosus. 3. §. cæterum & 9. §. hæc qua de. 19. & seq. l. possideri. 3. §. & apiscimar. 1. §. incertam partem. 2. §. in amittenda. 6. l. si quis vi. 17. §. differentia. 1. l. qui jure. 41. D. de acquir. possess. & alibi passim, ubi animus in possessione acquirenda, retinenda vel amittenda, requiritur. Coll. Jud. Argent. dict. loc. Vultei. lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 67.*

132. Hinc est quod non possideant (1.) quicumq; in aliena, sive dominica sive patria potestate sunt, *l. qui in servitute. 118. D. de Reg. Jur. l. cum heredes. 23. §. in his qui in. 1. l. possessio. 49. §. qui in aliena. 1. de acquir. possess. l. sequi-*

sequitur de. 4. §. servus. 4. de Vsurpat. l. denig. 19. l. nec uti-
 lem. 26 l. ait prator. 23. §. is autem. 1. D. ex quib. caus. maj. l. in
 bello. 12. §. facti autem. 2. D. de captiv. l. neq. servus. 11. l. si is
 qui. 15. pr. l. justo errore. 4. §. filiusfamilias. 4. §. ult. de Vsu-
 cap. l. filiusfam. 93. D. de reg. jur. L. stipulatio. 38. §. hi qui
 sunt. 6. §. hac quoq. 7. de Verb. oblig. hi enim quicquid ac-
 quitunt non sibi, sed iis in quorum potestate sunt, con-
 festim acquirunt. §. item vobis. 3. vers. non solum. Inst. per
 quas pers. cuiq. acq. adeo ut ne quidem momento ali-
 quo in persona ejus per quem acquiritur, subsistere, &
 sic acquiri ei cui acquiritur, dicatur, in l. placet. 79. D. de
 acquir. vel amit. hered. quod tamen in filiofamilias tan-
 tum procedit, qua ut filiusfamilias consideratur, puta
 in bonis profectitiis & adventitiis, secus in bonis ca-
 strensibus vel quasi. l. sequitur. 4. §. usucapere. 1. de Vsu-
 cap. l. libertus. 17. §. filium pater. 2. D. ad municipal. in his enim
 pro patrefamilias habetur, l. usq. ad. 2. D. ad Sctum Ma-
 cedon.

133. (2.) Quicunq; alterius possessioni ministe-
 rium præstant, l. quod meo. 18. pr. D. de acquir. possess. fac. l.
 possideri. 3. §. econtrario. 5. dict. tit. ut sunt procuratores,
 tutores, curatores: hi enim non sibi sed dominis, pu-
 pillis & adolescentibus, possessionem acquirunt, cum
 operam suam duntaxat illis præstent. l. 1. §. per procura-
 torem. 20. D. de acquir. possess.

134. (3.) Qui non possessionem, sed custodiam
 tantum sibi habere volunt: ut sunt qui rei servandæ
 causæ, vel quia damni infecti non cavetur, vel ventris
 nomine in possessionem misi sunt. l. possideri. 3. §. ult. l. si
 quis ante. 10. l. Idem Pomponius. 1. D. de acquir. possess. l. cum
 legatorū. 12. quib. ex caus. in possess. e at. l. officium. 9. D. de Re
 Vind. l. 1. §. quasitum est si. 9. quod legat. l. is cui legatorū. 5. pr.
 K 2 §. §.

de

§. si plures. 2. ut in possess. legat. l. postquam heres. 5. §. Imperator. 1. ut legatorum vel fideicommiss. servand.

135. (4.) Qui jure familiaritatis amici fundum ingrediuntur. l. qui jure. 41. D. de acquir. possess. l. generaliter. 9. D. dict. rit. hi enim saltem corpore, quo solo possessio non acquiritur, in fundo sunt. dict. l. 41. & longe aliud est in fundo esse, & fundum possidere. l. possideri. 3. §. in amittenda. 6. l. si quis ante. 10. §. idem Pomponius. 1. de acquir. possess. hinc si fratres jure familiaritatis fratrem suum possidere permiserunt, hanc fratris possessionem nihil ipsis nocere, respondit Menoch. cons. 202. n. 143. & seq.

136. (5.) Depositarii, Commodarii, Coloni & inquilini, l. licet deponere. 17. §. rei deposita. 1. de pos. l. si servus. 22. pr. D. de noxal. act. l. certe si. 6. §. is qui rogavit. 2. D. de precar. l. officium. 9. D. de Rei Vindic. l. possideri. 3. §. per Procuratorem. 20. D. de acquir. possess. l. rei commodata. 8. D. Commod. l. 1. Cod. commun. de Usucap. l. male agitur. 2. C. de prescript. 30. vel. 40. annor. l. servi emptor. 16. de peric. & commod. rei vend. l. non solum. 33. §. quod vulgo. 1. de Usucap. Obstare videtur (primo) l. communis. 7. §. neq. Colonis. 11. D. commun. divid. l. videamus. 38. §. si possessionem. 10. de usur. Vbi naturaliter possidere dicuntur, verum adhuc ex homonymia naturalis possessionis supra th. 106. n. 2. respondemus. Magis obstare putatur, (secundo) l. qui legatorum. 2. §. ult. D. pro hered. ubi quidem etiam naturalis duntaxat possessio de iis prædicatur, verum ea de nuda detentione ibi explicari vix poterit, tum quod opponatur civili, & quidem proprie sic dictæ, tum quod dicatur causam possessionis sibi mutare non posse, possessionem igitur apud eos fuisse necessarium

sarium est, cum alias an mutare possent frustra quare-
 retur. *l. possideri. 3. §. sed si is. 20. D. de acquir. possess. l. qui
 bona fide. 19. §. quod scriptum. 1. eod.* Verum enim verò
 cum ipse Jctus in exemplis subjectis, quid per natura-
 lem possessionem intelligat, explicet, & axioma hoc,
 quod nemo sibi ipsi causam possessionis mutare pos-
 sit, non tantum de vero possessore, sed etiam de nudo
 detentatore tradatur, ut videre est *in l. cum nemo. 5. C. de
 acquir. possess. l. non solum. 33. §. quod vulgo. 1. D. de Usucap.
 l. ad probationem. 23. Cod. locat.* ideoque non videmus
 quid obstet quo minus etiam in *d. l. qui legatorum. 2. §.
 quod vulgo. 1. pro herede.* naturalis possessio (acceptio-
 ne non in frequenti præsertim in hisce personis) pro nuda
 detentione accipi possit. Quod si omnino naturalis
 possessio ibi pro vera accipienda est: Responderi po-
 test, Colonum, Commodatarium, depositarium *in d.
 l. 2. §. 1. Domino possessionem intervertisse, eum deje-
 cisse, suamq; detentionem in veram naturalem, sed ta-
 men malæ fidei possessionem mutasse, (id quod non
 quidem solo animo, sed interveniente facto aliquo fie-
 ri posse docet *l. possideri. 3. §. si rem. 18. D. de acquir. possess.
 l. Colonus. 12. D. de Vi & Vi armat. vide Bachov. ad
 Treutl. vol. 2. disp. 21. th. 2. lit. E. vers. causam vero possessio-
 nis)* quam possidendi causam non possunt sibi soli mu-
 tare, & dum sciunt se bona fide non possidere, lucri fa-
 ciendi causa incipere possidere, *ut habetur in l. non so-
 lum. 33. §. quod vulgo. 1. de Usurpat. qui locus d. l. 2. §. 1. pro
 hered. optimè explicat, jungatur l. certe. 6. §. Julianus. 3. l.
 ult. pr. de precar. l. si fur rem. 32. pr. de Usurp. Colleg. Jurid.
 Argent. de acquir. possess. th. 7. n. 10.* Minus obstat, (tertio,) *l. in hac. 3. §. ult. cum l. seq. D. ad exhib.* nec enim ibi ullo
 modo possidere dicuntur, neque civiliter, neque natu-*

K 3

raliter

raliter, sed saltē exinde quod in *d. l. 4.* dicuntur ad exhibē-
dū teneri, argumētando à min⁹ probabili ad magis pro-
babile, infert J Ctus etiam creditorē pignus possidentē
ad exhibendum teneri, hoc sensu: *Si depositarius,
commodatarius & inquilinus,* (qui rem non
possident,) *ad exhibendum tenentur, multo
magis creditor, qui pignus verè possidet ad
exhibendum tenebitur.* Colleg. Jur. Argent.
d. loc. quin etsi naturaliter ibi ut aliis locis possidere di-
cerentur, ex homonymia hujus phrasis, quemadmo-
dum ad præcedentia responderi posset.

137. (6.) Usufructuarius rem fructuariam non
possidet. *l. certè. 6. §. is qui rogavit. 2. de precar. l. acqui-
runtur. 10. §. fin. D. de acquir. rer. domin. §. iis qui. 4. vers.
fructuarius. Instit. per quas pers. cuiq; acquir. l. quod est
& 3. §. qui ususfructus. 17. D. de vi & vi armat. l. cuiuscunq;
60. §. ult. D. de Usufruct. l. in hac actione. 3. §. Pomponius. 12. l.
Celsus scribit. 5. §. Julianus autem. 1. ad exhib. l. 1. §. per eum
in. 8. l. permisceri causas. 52. pr. de acquir. possess. Obstat. Pri-
mo, quod fructus suos faciat: respondemus, hoc fieri
non beneficio possessionis, sed juris constituti. Bachov.
2. Disp. 21. th. 1. lit. H. pr. Secundo, quod fructuarius per
servum fructuarium acquirat possessionem. *l. possessio.
49. pr. de acquir. possess.* Respondemus, sed inde non se-
quitur etiam ipsum servum ab eo possideri. *§. de iis au-
tem. 4. Instit. per quas person.* nam & per servum prorsus
alienum, & per liberas personas, quæ possideri non pos-
sunt, ut procuratorem, tutorem, curatorem, possessio
acquiritur. *l. 1. §. hac quæ de servis. 10. & seq. D. de acquir.
possess. & plenissima illa fructuarii naturalis detentio, ut*
voca-*

vocatur in *l. possessio quoque*, 49. *pr. de acq. poss.* ad hunc ef-
 fectum producendum satis sufficiens est, Bachov. 2.
disp. 21. th. 4. lit. G. princip. Tertio, *l. qui usufructum*, 3.
D. si usufruct. petat: ad quam respondemus, possessio-
 nem ibi non prædicari de re usufructuaria, sed, ut ipsa
 legis verba innuunt, de usufructu, id est jureconstitu-
 to, cujus quasi possessionem (quæ interdum etiam
 simpliciter possessio nuncupatur, ut diximus supra *th.*
 38. & in incorporalibus idē quod vera in corporalibus
 operatur) usufructuario libenter concedimus. Quar-
 to, quod interdictum unde vi, quod soli possessori com-
 petit, *l. 1. §. generaliter*, 4. §. *denique*, et *si*, 10. §. *quod servus*, 22.
 & seq. *D. de vi & vi armat.*, detur etiam usufructuario. *l.*
quod est & 3. §. *in id quod*, 13. & seqq. *D. dict. tit.* Respon-
 det Colleg. Jurid. Argent. *de acquir. possess. th. 7. num. 6.*
in fin. & diligenter notare jubet, interdictum quod da-
 tur usufructuario peculiare esse interdictum, quod fru-
 ctuario necessarium fuit, ut verba habent in *dict. l. 3. §. 13.*
 & singulariter à Prætoe edicto provisum esse. *d. l. 3. §. 13.*
l. si plures, 9. §. *dejectum*, 1. *de vi & vi arm. l. Aquilius*, 27. *in*
fin. D. de donat. Eodem ferè collimat Bachov. 2. *D. 21. th. 4.*
lit. G. verbis, idq. ad *Vasallum & Emphyteutam*, qui hoc
 interdictum fructuario concedi ait, vel quia tantum u-
 tile interdictum est, vel quia fit odio violenti, invaso-
 ris, & parum abest, quin possideat usufructuarius: Pu-
 tamus tamen ex *d. l. 3. §. 13. & seqq.* etiam responderi pos-
 se, quod usufructuario detur hoc interdictum non re-
 spectu possessionis ipsius rei fructuariæ, de qua nos lo-
 quimur, sed respectu quasi possessionis juris usufru-
 ctus, quam responsionem & sensum dictorum loco-
 rum *d. l. 3. §. item si non*, 16. & §. *qui usufructus*, 17. satis lu-
 culenter evincunt, adde Colleg. Jurid. Argent. *de in-*
terdict.

interdict. th. 29. n. 5. Sic etiam datur usufructuario interdi-
 ctum uti possidetis. *l. ult. D. uti possid.* non quod rem fru-
 ctuariam, sed quod ipsum usumfructum quasi possi-
 deat. Nec obstat quod *in l. 1. §. hoc interdictum. 1. uti*
possid. dicatur, hoc interdictum de soli possessore scri-
 ptum esse, nec enim soli possessor ibi juris possessori,
 sed possessori rei mobilis, & interdictum uti possidetis
 interdicto utrobi opponitur, & nihil aliud volunt illa
 verba, quam quod interdictum uti possidetis non de-
 tur, si de mobilibus, sed saltem si de immobilibus (pro
 quibus incorporalia habentur. *l. si aquam. 2. Cod. de ser-*
vitut. & ibi Gothofred.) controversia sit. Obstat deniq;
l. naturaliter. 12. D. de acquir. possess. ad quam respon-
 dent, *Primo*, hunc locum de ipsius usufructus quasi
 possessione accipiendum: sed hæc responsio malè con-
 venit cum verbo *naturaliter*, quod *in d. l. 12.* de posses-
 sione fructuarii dicitur: illa enim usufructus quasi
 possessio vel maximè civilis esset. Ideòq; responderetur.
Secundo, verbum *πλασικόν* (*videri*) *in d. l. 22.* non verita-
 tem sed fictionem significare, *vide supra th. 62.* nec o-
 mnem qui videtur possidere, etiam verè possidere, vide
 Gothofr. *ad d. l. 12. pr.* Colleg. Jurid. Argent. *de acquir.*
possess. th. 7. n. 6. quin is qui saltem possidere videtur, ve-
 rè non possidet, cum fictio excludat veritatem. We-
 sembecc. *in parat. digest. de probat. & presumpt. n. ult.*
circa fin. adeò ut ex hac ipsa lege opposita, nostra sen-
 tentia probari possit: quin etsi verbum videtur hoc lo-
 co, ut aliàs sæpius (*vide supra th. 62.*) veritatem denota-
 ret, responderi posset, *Tertiò*, ex homonymia phrasos na-
 turaliter possidere, *supra th. 109.* tradita, eaq; *in d. l. 12.*
de acquir. possess. non incommode *ex l. possessio. 49. pr. eod.*
tit. quæ similiter de usufructuario agit, per naturaliter
 tenere

tenere explicari posset. Posset tamen fieri, ut Dominus fructuario possessione cedat, quo casu vere possidebit, sed naturaliter, & non animo Domini, Theophil. ad §. 4. vers. *fructuarius verò. Instit. per quas person. cuiq; acquir.* Colleg. Jurid. Argent. dict. th. 7. n. 6. de acquir. possess.

138. (7.) Non possidet cui possessio tradita est sub conditione quæ defecit. *l. qui absenti. 38. §. si quis. 1. D. de acquir. possess.* sicut enim aliæ res, ita etiam possessiones sub conditione tradi possunt, neque aliter accipientis fiunt, quàm si conditio extiterit. *d. l. 38. §. 1.*

139. (8.) Non possidet, qui à pupillo possessionem accepit, absque tutoris auctoritate. *l. pupillus. 11. de acquir. rer. domin. l. possessionem. 29. de acquir. possess.* pupillus enim sine tutoris auctoritate possessionem amittere & in alium transferre nequit, ne quidem naturalem, dict. *l. 11. de acquir. rer. dom.* Nec enim meri facti est possessio, sed etiam plurimum ex jure mutatur. *l. possessio. 49. pr. de acquir. possess.* & non tantum corporis sed & juris est. *d. l. 49. §. qui in aliena. 1. d. t. vide supra th. 117.* quod igitur in *l. possessionem. 29. d. tit.* dicitur pupillum posse corpore *desinere possidere*, id non de naturali possessione propriè sic dicta, sed de naturali tantum detentione accipi debet, ut ex ipso textu patet, loquitur enim de possessione quæ nudo corpore & non animo constat, quæ nihil aliud est, quam nuda detentio. *l. qui jure. 41. D. dict. tit.*

140. Et hætenus de iis quos ob defectum animi verè non possidere Statuimus? Econtra verò verè possidere arbitramur. (1.) Vasallum *per text. 2. Feud. 8. vers. rei autem, & 2. F. 82. & 83.* quia actionem in rem habet,

L

id

id quod pluribus persequitur Colleg. Jurid. Argent. de
acquirend. possess. th. 29. n. 5. quo nos brevitatis studio
referimus.

141. (2.) Emphyteutam. Primò, per textum ex-
pressum in *L. lex vectigali. 31. D. de pign. & hypoth. l. 1. Cod. de admin. rer. public. 11. 30. l. si qui à prioribus. 5. l. jus Emphyteutici. 11. cum l. seq. Cod. de fund. patrim. 11. 61. l. 1. Cod. de Collat. fund. patrim. 11. 64. l. 1. Cod. de mancip. & Colon. patrim. 11. 62. cum pluribus similibus. Secundò, quia Emphyteuta habet jus in re, & actionem in rem adversus possessorem, ad recuperandam possessionem. *l. 1. §. ult. D. si ager vectig. sive Emphyteut. pet. l. ei qui. 16. in fin. D. de serv. l. cum sponsus. 12. §. in vectigalibus. 2. D. de publ. in rem act. esset autem analogiæ juris minimè conveniens, si quis diceret posse aliquem possessionem avocare, quã tamen habere non posset. Tertio, quia ipsum fundum alteri oppignorare & ita possessionem transferre potest, *l. lex vectigali. 31. D. de pignor. & hypothec. junct. l. si rem alienam. 9. §. propriè. 2. D. de pign. act.* quod si itaq; possessionem non haberet, qua ratione eam ad alium transferre posset, nec ullibi eum qui non possidet rem eam alteri oppignorare legimus: Nec quicquam obstat. *l. male agitur. 2. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* nam præterquam quod in ista lege nihil de Emphyteuta expresse proponatur, ulterius regeri potest, emphyteutam vere possidere, quamvis non respectu usucapionis aut præscriptionis. *arg. l. 1. §. 1. si ager. vectig. d. l. 12. §. 2. de public. in rem. act.* nam etiam creditor non possidet ad præscriptionis vel usucapionis effectum. *l. 1. §. per servum. 15. l. qui pignoris. 36. D. de acquir. vel amit. poss. l. servi nomine. 16. l. non solum. 33. §. qui pignori. 4. D. de usu- cap.***

cap. non tamen inde sequitur quod non possideat, *per deducenda inferius*; Unde infertur in *d. l. 2. Cod. de prescript. 30. vel. 40. annor.* hanc propositionem esse fundatam, *quicumq; mercedem solvit ille prescribere non potest, & qui mercedem solvit non possidet ad Usucapionem vel prescriptionem:* non verò illam: *qui mercedem solvit, omnino non possidet:* sublato enim uno effectu non tollitur causa, *ut Logici asserunt.* Dissentit in hac & sequenti quaestione Colleg. Jurid. Argent. *de acquir. vel amitt. possess. th. 7. n. 8.* Sane si illa propositio vera est, cui interdictum uti possidetis competit ille verè possidet, *ut sentit.* Colleg. Jurid. Argent. *dict. loc. n. 9.* sequitur etiam Emphyteutam verè possidere, quia ei competit interdictum uti possidetis, ut probat modo dictum Colleg. Jurid. Argent. *sub tit. uti possid. th. 10. n. 2.*

142. Et ex ratione cujus mentionem in principio thesios præcedentis fecimus, (3.) etiam superficiarium possidere putamus, si non ad modicum tempus conducta sit superficies, *l. 1. §. quod ait Prætor. 3. D. de superfic. nam & hic actionem in rem habet. dict. l. 1. §. qui superficiem. 1. & seqq. §. quia autem. 6. D. de superfic. l. cum sponsus. 12. §. idem est. 3. D. de public. in rem. act. l. grege. 13. §. & in superficiariis. 3. D. de pignor. & hypoth. & rem pignori dare potest. d. l. 13. §. 3. de pign. & hypoth. l. tutor. 16. §. ult. cum l. seq. D. de pign act. l. etiam. 15. D. qui pot in pign.* Nec obstat *Primo, Ratio l. 2. Cod. de prescript. 30. vel. 40. annor.* quod mercedem solvat, ad eam enim thesi præcedente responsum putamus, *Secundo, non obstat l. §. duo. 3. §. sed si supra. 7. D. uti possidet.* nec enim isto loco

L 2

nega-

negatur superficiario possessio, imò expressè ei tribuitur. *in d.l. 1. §. proponitur. 2. D. de superf. d.l. 3. §. item videamus. 5. D. uti possid.* nec ideo dicitur denegari ei interdictū uti possidetis, quia nō possideat, sed quia propriū habet interdictum; quemadmodum autem frequentissimum est in jure, ut actio, quæ alias ex juris ratione competere videri posset, denegetur, ubi propria competit, exemplo actionis doli, quæ non semper datur etiam si dolo quid factum sit, *l. de dolo. 2. C. de dolo.* ita etiam mirum non est, si hoc casu interdictum uti possidetis non detur superficiario, non ideo quod non possideat, nam aliàs nec usufructuario dandum esset, cui tamen datur. *l. ult. D. uti possidet.* sed quod proprium habeat interdictū. *d.l. 3. §. 7. d. tit.* adde Bachov. ad Treutl. 2. *disp. 21. th. 4. lit. G. verbis. idē ad Vasallum & Emphyteutam.* Minus obstat, Tertio, *l. si finita sit. 15. §. An verò. 12. D. de damn. infect.* Nam cum missio ex primo decreto in causa damni infecti pignus prætorium constituat, ex quo insecuta missione ex secundo decreto sequitur Domini acquisitione, mirum non est, si superficiario eo respectu possessio negetur, ex regula superius allata quod is qui mercedem dat, & is qui ab eo causam habet, dominium ex sola possessione acquirere nequeat *d.l. 2. Cod. de præscript. 30. vel. 40. annor. l. cum sponsus. 12. §. in vectigalibus. 3. de public. in rem act.* & hac ratione, Quarto, ad *l. 1. §. si soli. 5. D. de superfic.* respondebimus dominum soli quoad acquisitionem vel amissionem Domini possidere, quemadmodum & debitor eo respectu possidet. *d.l. 1. §. 15. d.l. 36. D. de acquir. possess.* quo casu etiam creditori contra debitorem dabitur actio pignoratitia contraria. *l. si rem alienam. 9. pr. l. tutor. 16. §. contra-*

contrarium. i. l. si quis. 36. §. sed & si quis. D. de pign. act.

143. (4.) Virum & uxorem rem donatam verè possidere certum est. *l. 1. §. si vir uxori. 4. l. quod uxor viro. 16. de acquir. vel amitt. possess. l. 1. §. ult. D. pro donat. l. fructus. 45. de usur. l. si eum. 26. D. de donat. int. vir. & ux. nec obstat. d. l. 26. aut l. inter virum. 46. D. dict. tit. respiciunt enim ad effectum juris civilis, nimirum acquirendi Domini per usucapionem, quo respectu sine effectu est donatio. *l. hac ratio. 3. §. sciendum. 10. D. dict. tit.**

144. (5.) Plus dubii est utrum precarius possessor rem precario acceptam verè possideat nec ne? Nos cum Colleg. Jurid. Argent. *de acquir. vel amittend. possess. th. 7. n. 5. & th. 8. n. 15.* & Ampl. D. D. Biccio *in tractat. ad l. 3. §. 5. de acquir. poss. th. 57. & seqq.* distinguimus, utrum rogaverit ut in possessione tantum sit, an verò ut possidere liceat, *priori casu precarius possessor non possidebit. l. ait Praetor. 2. §. ult. in f. D. de prec. l. certe c. §. is qui rogavit. 2. l. quaesitum. 8. pr. d. tit. l. si quis ante. 10. §. idem Pomponius. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. Posteriori casu possidebit. §. retinenda. 4. vers. sed interdicto. ibi. aut precario rogaverit aliquem, ut sibi possidere liceret. Inst. de interd. l. si servus. 22. §. is qui. 1. D. de nox. act. d. l. 2. §. 3. l. in rebus. 4. §. meminisse. 1. & §. ult. l. cum precario. 12. pr. §. ult. l. & habet. 15. §. eum qui. 4. l. ult. §. ult. de precar. vide Bachov. ad Trentl. Disp. 21. th. 2. lit. F. vers. sic precario rogantem.*

145. (6.) Sequester utrum possideat admodum controversum est, ob pugnam *l. licet. 17. §. Rei deposita. 1. D. depositi. cum l. interesse. 39. de acquir. possess.* alii distinguunt inter sequestratam ipsam rem, & sequestratam

L 3

posses-

possessionem. *arg. l. si me in vacuum. 34. pr. de acquir. poss.*
alii sequestrem simpliciter possidere, ac sequestrum
in dubio, nisi aliter conventum sit, causam habilem esse
ad transferendam possessionem asserunt, inter quos
etiam Bachov. 2. disp. 21. th. 4. lit. F. quam sententiam
suadere videtur oppositio inter depositum & seque-
strum, & quidem quoad hunc ipsum effectum, ac textus
in d. l. 17. §. 1. deposit. Nec multum obstare videtur. d.
l. 39. de acquir. possess. quamvis enim ex illa pateat eo casu,
 quo non amittendæ possessionis, sed tantum custoditiæ
 causa res sequestrata fuit, sequestrum quoad usucapionem,
 alteri, victori nempe, possidere: inde tamen amplius non
 probatur, quam quod sequester quoad usucapionem non
 possideat: quod ipsum tamen non obstat, quo minus quoad
 ceteros effectus verè & naturaliter possidere possit,
 exemplo creditoris qui rem pignoratam possidet, *ut infra ostendemus*:
 tamen ad effectum usucapiendi, debitori, & hujus nomine
 possidere dicitur. *l. pignori. 13. pr. l. servi nomine. 16. de usucap. l. 1. §. per servum. 15. D. de acquir. possess.*
 Alii inter quos etiam Collegium Jurid. Argent. *de acquir. possess.*
th. 8. n. 16. sequestrem tum demum possidere statuunt,
 si hoc ipsum actum est, ut possideat. *idq. arg. d. l. 39. D. de acquir. possess.*
 Cui ut consentiat *d. l. 17. §. 1. deposit.* verba illa (*nam tum demum sequester possidet: id enim agitur ea depositione*)
 parenthesi includenda monet Colleg. Jurid. Argent. *dict. loc.* ut is fiat
 sensus, retentis solis & omnibus paragraphi verbis: Rei depositæ
 possessio apud deponentem manet, nisi apud sequestrem deposita est,
 ut neutrius possessioni id tempus procedat: nam tum demum sequester possidet: id enim

nim

enim agitur ea depositione: quam sententiam & explanationem omnino etiam nostram facimus. *Sententiam* quidem, quia ex verbis, *nam tum demum sequester possidet*, quæ habentur, *in d. l. 17.* satis colligitur, regulariter secus esse. *Explanationem* verò, quia hac admissa, dictæ leges optimè sibi invicem conciliantur, tam in quæstione, *utrum sequester possideat*, quam in ea *utrum possessio sequestri litigantibus*, & nimirum victori ad continuandam & implendam usucapioem *prosit*, adeò ut opus non sit correctione Bachovii, qui has leges saliter conciliari non posse putat, quam si in *dict. l. 39. de acquir. possess.* verba *Et hoc expresse fuerit approbatum*, tanquam emblemata sive Triboniani, sive imperiti interpretis expungantur: similiter in *l. 17. §. 1. deposit.* verba: *nam tum demum sequester possidet*, deleantur, vel ita legantur, *nam tum demum depositarius possidet.* Bachov. ad Treutl. 2. Disp. 21. th. 3. lit. F.

146. Denique etiam possidet rem propriam ipse Dominus. *l. 1. §. hujus autem. 2. in fin. D. uti possid. l. 1. §. dominium. 1. de acquir. possess.* Dissentit Anton. Matthæi. *Disput. Pandect. 45. th. 35.* (1.) quia possessio est tantum rei alienæ. *l. 1. §. hujus autem. 2. D. uti possidet. l. naturaliter. 12. §. ult. de acquir. possess.* (2.) quia Dominus non possidet opinione Domini, sed scientia. Respondemus ad primum, falsum esse, ut ex allegata *l. 1. §. 2. in fin. uti possidet.* constat: ad secundum, nihil exinde concludi posse, unde enim probabit, quod ille tantum possideat, qui opinione Domini possidet.

147. Et

147. Et haec tenus etiam de animo, secundo ac-
 quirendae possessionis requisito: subsequitur tertium,
 & ultimum, quod esse diximus *rem quae possideri
 possit*; frustra enim de possessione acquirenda disce-
 ptatur, nisi sit res quae possideri possit: cum accidens,
 quale est possessio, sine subiecto esse nequeat: ut au-
 tem res verè possideri possit, sequentia requiruntur.
 (1.) ut sit *corporalis*. l. possideri. 3. pr. de acquir. possess. l.
 servus qui. 43. §. incorporales. 1. de acquir. rer. domin. l. se-
 quitur. 4. §. si viam. 27. de usurpat. & usucap. (2.) ut sit
in commercio. l. qui universas. 30. §. possessionem. 1. §.
 idem quod. 4. l. cum heredes. 23. §. item quero. 2. l. 1. §. per
 eum. 8. §. ult. l. qui absenti. 38. pr. de acquir. possess. l. & libe-
 ri. 4. l. sed celsus. 6. pr. de contrah. empt. §. ult. Instit. de empt.
 vendit. bonae fidei tamen possessionem etiam de rebus
 commercio exemptis praedicari, & quoad quosdam ef-
 fectus utilem esse constat ex l. 1. §. sed & per. 36. l. quic-
 quid. 4. de acquir. possess. §. de iis autem. 4. Instit. per quas
 person. cuiq. acquir. §. 1. Instit. per quas pers. nob. oblig. acq. §.
 1. Inst. de usucap. l. adquiruntur. 10. pr. §. idem plaset. 4. l.
 homo liber. 54. §. ult. D. de acquir. rer. domin. l. si liber ho-
 mo. 33. pr. D. de stipulat. servor. l. de his singulis. 26. §. sed &
 oportet. 4. Cod. de Episcopal. audient. adde supra th. 39. (3.) ut
 sit *vacua*: ejus enim demum rei possessio acquiri-
 tur quae vacua est. fac. l. possideri. 3. §. e contrario. 5. l. quod
 meo. 18. §. si venditorem. 2. l. fundi venditor. 33. l. si me in va-
 cuam. 34. pr. l. permisceri. 52. §. ult. D. de acquir. possess. quā-
 vis autem in emptione venditione, ut possessio habeat-
 ur pro vacua, requiratur etiam ne alius sit in detentio-
 ne. l. si in emptione. 2. §. vacua. 1. D. action. empt. hic tamen
 vacua

vacua etiam erit possessio, quamvis alius rem detineat
l. ult. pr. de jur. fisc. l. cum fundum. 18. de Vi & Vi armat.
 & sufficit rem à nemine possideri seu detineri cum a-
 nimo sibi habendi, vide Menoch. *retin. possess. remed.*
3. num. 4. Bachov. ad Treutl. 2. Disp. 20. th. 4. lit. D
verb. de vacua possessionis. Coll. Jurid. Argent. de acquir
possess. th. 11. n. 7. Sufficit inquam, sed & omnino requi-
 ritur, nec enim vacua res est quæ ab alio possidetur ani-
 mo: Cui consequens est, eum qui ingreditur fundum
 possessore in nundinas profecto, & ignorante alium
 jam in fundum ingressum esse, fundum non posside-
 re, antequam is qui possidebat vim majorem veritus
 in fundum reverti noluerit, aut is qui in fundum in-
 gressus est Dominum revertentem non admittat. *l.*
clam possidere. 6. §. qui ad nundinas. 1. l. & si nolit. 7. l. si id
quod. 25. §. quod autem. 2. junct. l. possideri. 3. §. sed etsi a-
nimo. 7. §. si quis nunciet. 8. §. saltus hybernus. 10. l. peregre.
44. §. ult. in fin. l. quamvis. 46. D. de acquir. possess. l. 1. §. si-
ve autem. 24. §. quod vulgo. 25. l. quod est. 3. §. uti frui. 14.
D. de Vi & Vi armat.

148. Idcirco autem res vacua requiritur quia
 duo unam eandemque rem in solidum possidere non
 possunt. *l. possideri. 3. §. e contrario. 5. de acquir. possess. l.*
si ut certo. 5. §. ult. Commodat. l. duo in solidum. 19. pr. de
precar. possessio enim nihil aliud est quam detentio. l.
1. pr. de acquir. possess. cum animo sibi habendi, ut di-
ctum supra th. 43. Contra naturam autem est, ut cum
 ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris, &
 propterea non magis eadem possessio apud duos esse
 potest, quam ut tu stare videaris in eo loco in quo e-
 go sto, vel in quo ego sedeo tu sedere videaris. *d. l. pos-*
sideri. 3. §. e contrario. 5. D. de acquir. possess. Nec ad rem
 M facit

facit, si duo eandem rem in solidum animo habere ve-
 lint, non enim idcirco ambo in solidum possidebunt,
 partim quia possessio magis est facti quam animi. *l. pos-
 sideri. 3. §. Neratius. 3. de acquir. possess.* potius ergo appre-
 hensionem corporalem, quam affectum animi debe-
 mus inspicere: partim quia possessio quæ habetur a-
 nimo. nihil aliud est, quam representatio naturalis si-
 ve corporalis possessionis: non enim alia possessio
 animo habetur, quam quæ corpore prius fuit quæsitæ,
 sicut ergo duo eandem rem non possunt in solidum
 suo corpore occupare, quia penetratio dimensionum
 natura est impossibilis, ita quoque nec fingi potest
 duos eandem rem in solidum corpore detinere, ars
 enim & fictio imitantur naturam. *§. minorem. 4. Instit.
 de adopt. Obrecht. de possess. th. 328. & seqq. Gotho-
 fred. ad l. possideri. 3. §. e contrario. 5. in verb. loco D. de
 acquir. possess.* Coeterum in hac quæstione *utrum
 duo eandem rem in solidum possideant?*
 magna olim Proculianorum & Sabinianorum in eo
 fuit controversia, utrum dicta regula, tantum de u-
 no eodemque genere possessionis, an verò etiam de
 diversis sit intelligenda: Prius defenderunt Sabiniani,
 posterioribus Proculiani: utrorumque etiam sententia
 in Corpus Juris relata est, *ut videre licet ex l. si duo. 3.
 pr. D. uti possid. l. & habet. 15. §. eum qui. 4. D. de precar.
 junct. l. possideri. 3. §. e contrario. 5. l. clam possidere. 6. §.
 ult. D. de acquir. possess. Cujac. 9. obs. 32. & 5. obs. 22.
 Gothofred. ad dict. l. 3. §. 5. verb. possunt. de acquir. pos-
 sess. & ad d. l. 3. pr. verb. proponeret. D. uti possid.* Repro-
 bata tamen Sabinianorum opinione, Proculianorum
 sententia prævaluit & verior esse dicitur à Paulo *in d.
 l. 3. §. 5. de acquir. possess.* Ubi etiam ratio additur,
quoniam

*quoniam in summa possessionis non multum
 interest juste quis an injuste possideat*, quam-
 vis igitur pro Sabinianis probabiles rationes afferri
 possint, adeo ut etiam *Jas. in d. l. 3. §. 5. col. 1.* disertis ver-
 bis asserat, nisi obstaret textus expressus, se potius
 probaturum sententiam Sabini, attamen cum textus
 expressus in hanc sententiam adsit, contrariam opi-
 nionem referens & expresse refutans, supervacuum
 erit de veritate hujus assertionis amplius disputare &
 contrarium ex supra allegata *l. 3. D. uti possid. & l. 15. §. 4.
 D. de precar. l. sciendum est. 15. §. si fundus. 3. D. qui sa-
 tis d. cog.* probare velle. Nam quod *ad d. l. 3. uti
 possidet.* attinet, præter id quod supra ex *Cujac. 9. obs.
 32.* attulimus, eleganter respondet *Coll. Jurid. Argent.
 de acquir. possess. th. 7. n. 17.* quod Ulpianus minimè ibi
 probet sententiam Sabini, sed tantum ex hypothese
 disputet, quid sententia illa præsupposita, sit eventu-
 rum, quin amplius putat quod ab Ulpiano argumen-
 to ad absurdum ducto, sententia Sabini, illo loco et-
 iam refutetur, quia admittenda sententia Sabini futurum
 sit, ut non possit constitui causa petitorii & possesso-
 rii: & quoniam injustus possessor non sit provocatu-
 rus ad petitorium, hoc, sub periculo difficilis proba-
 tionis Domini, suscipere, & ita omittere possessio-
 nem justus possessor cogatur, quo forte postea in pro-
 batione Domini deficiente, alter injustitiæ suæ sen-
 tiat lucrum: improbat quidem *Bachov. ad Treutl. 2.
 Disp. 21. th. 4. lit. K.* hanc *Coll. Jurid. Argent.* tanquam
 ipsis *JCtis* subtiliorem responsionem: Verum id ip-
 sum defendit *D. D. Bicc. in tractat. de possess. th. 103.*
 Quod verò attinet *l. 15. §. 4. D. de precar.* præter tradi-

ta Cujac. *d. 9. obs. 32.* Respondet Coll. Jurid. Argent.
dict. loc. quod *in vers. an is quoq;* proposita quæstio non
 referenda sit ad præcedentis membri speciem, qua qui
 rogavit possidet, sed generalius sit accipienda an ali-
 quo casu possideat qui rogatus est, videlicet eo, quo
 non possidet is qui rogavit, de hoc enim casu saltem
 quæri id potuisse non de altero quo possidet qui roga-
 vit, cum duo in solidum non possideant, suggillat
 quidem etiam hanc responsionem Bachov. *dicto loco*, sed
 eidem satisfacit Bicc. *de possess. part. 2. th. 67. & seqq.*
 Minus obstat *l. sciendum est. 15. §. si fundus. 3. D. qui*
satisd. cog. ubi hæc verba habentur, *si fundus in do-*
tem datus sit, tam uxor quam maritus pro-
pter possessionem ejus fundi possessores intelli-
guntur: facilis enim est responsio per dist. inter veri-
 tatē & fictionem, quam ipse textus suppeditat in verbo
intelliguntur, quod fictionē & impropriatē deno-
 tare supra *th. 62.* dictum fuit. Intelligitur nempe tam
 maritus quam uxor possidere quoad effectum satisda-
 tionis de quo *d. l. 15.* tota agit, revera autem uterq; non
 possidet, sed solus maritus. vid. Bachov. ad Treutl. *vol.*
2. disp. 21. th. 4. lit. K. ubi errare ait Vauth. *lib. 2. quest. c. 3.* ve-
 rum cum post Colleg. Jurid. Argent. *th. 7. n. 17. de ac-*
quir. possess. fusiùs hanc ipsam materiam de duorum
 in solidum possessione tractaverit D. D. Bicc. in singu-
 lari tractatu *ad l. 3. §. 5. D. de acquir. possess.* ideoque ne o-
 peris perfectio aliquid adjicere voluisse videamur, brevi-
 tatis studio nos eo referimus: atq; hæc de acqui-
 sitione quæ per nos expeditur, suf-
 ficiant.

Strassburg, Diss., 1659-60


ULB Halle 3
005 607 590



TA → OL

1077





245

ANALYSEOS

L. Res pignoris. 37. D. de acquirend.
vel amittend. possess.
qua agit

1659 6.

De

POSSESSIONE
CREDITORIS

IN PIGNORE

DISPUTATIO TERTIA,
AUSPICE DEO OPT. MAX.

IN CELEBERRIMA ARGEN-

TORATENSII UNIVERSITATE,
publici exercitii gratia proposita

à

FRIDERICO DECKHERRO. J. U. D.
Pandect. Professore Ordinario, & h. t.

Facultatis Juridicæ Decano.

RESPONDENTE

GEORGIO THEBES,

Lignit. Siles.

Die 3 Mens. Decembris hora & loco
consuetis.



ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR,
ANNO M. DC. LIX.

